

Loisius Thomasii de Angelo

4

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Loisius Thomasii de Angelo

4

1447-03-25

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
quadragesimoseptimo. Regnante ... Alfonso Dei gratia
rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice,
comite Barchinone, duce Athenarum et Neopatrie ac
etiam comite Rossilionis et Cerritanie, regni ... huius
sui dominii anno tertiodecimo, ... dominante quoque
in principatu Tarentiet civitate Mathere ... Iohanne
Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, regni
Sicilie magno comestabulo etc.; mense Martii, die
vicesimoquinto eiusdem, decime indictionis, Mathere.

Nos Loysius Thomasii de Angelo de eadem civitate,...
per provinciam Terre Ydronti tantum reginali auctoritate
ad contractus iudex, Iohannucius Birardi de Sinercha
de eadem civitate puplicus ... per totum regni Sicilie
regia auctoritate notarius, Donatus Petrucii Angeli
de Iohannucio, Gasparrus Donati notarii Eustasii,
Nicolaus de Vallata et Donatus Goffridi de Altamura,
testes... de eadem civitate Mathere,... fatemur... quod...
constitutis nobilibus viris Nicolao de Iacobo, Donato
Silivestri de Iacobo pro se dopno Nucio, decano,
Loisio et Angelo, fratribus suis, de eadem civitate...
et magistro Loysio Argenterio de eadem civitate...
Prefati Nicolaus, Donatus et Franciscus... asseruerunt...
se habere,... in comuni et indiviso, locum unum
vacuum... intus civitatem Mathere in introitu porte
ipsius, iuxta domunculam unam fabricatam ad lamiam
pariete mediante, iuxta viam publicam et a superiori
parte ipsius loci iuxta menia ipsius civitatis... Et placebat
eis dictum locum locare imperpetuumque concedere
ad annum censum,... qua propter... inperpetuum //

locaverunt et concesserunt,... supranominato magistro Loisio Argenterio,... supradictum locum vacuum... pro hedificanda ibidem potega una,... sub annuo redditu sive censu granorum decem... Et voluerunt... partes ipse quod de premissis... fiat unum vel duo consimilia instrumenta ad cautelam partium earumdem et eorum heredum ac successorum...

Presens autem factum est ad preces et rogata dicti magistri Loisii... Quod scripsi ego prefatus Iohannucius ... notarius ... † Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis qui supra ad contractus iudex me subscripsi † Ego Donatus Petrucii Angeli de Iohannucio qui supra testis me subscripsi † Ego Gasparrus Donati notarii Eustasii testor qui supra Signum crucis proprie manus Donati Goffridi de Altamura ut supra testis inliciterati et scribere nescientis † Ego Nicolaus de Vallata testor qui supra //